

*Der Churer Bischof Ortlieb von Brandis bestätigt die Pfrund- und Messstiftung für die St. Lorenz Pfarrkirche in Schaan.*

*Abschr. (C<sup>1</sup>), 18./19. Jh., Abschr. einer durch den Feldkircher Notar Johann Georg Prugger beglaubigten Abschr. v. 24. Juni 1688, Liechtensteinisches LandesA, RA 12/3/1/1 f. 4<sup>v</sup>-7<sup>v</sup> – Abschr. (C<sup>2</sup>), 18./19. Jh., ebenso, ebd., RA 12/3/1/2 f. 4<sup>r</sup>-6<sup>v</sup>.*

*Eintrag: (D), 16. Jh., Liechtensteinisches LandesA, Schä. U13 (Urbar der Kirche Schaan) f. 3.*

*Regest: Büchel, Pfarrei Schaan, S. 43.*

[fol. 4v] <sup>1</sup> ¶ Ortlieb<sup>1</sup> ¶ dei et apostolicae sedis gratiâ <sup>2</sup> episcopus Curiensis universis et singulis praesen- <sup>3</sup> tium inspectoribus subscriptorum notitia nec non <sup>4</sup> salus in domino sempiterna. Ad perpetuam rei <sup>5</sup> memoriam summi magistri dignatio nos <sup>6</sup> quamquam immeritos in solitudinis partem deputavit <sup>7</sup> et miseranter in pontificalis dig- <sup>8</sup> nitatis cathedra collocavit nec non ad instar <sup>9</sup> vigilantis in specula praesidentis levamus vigilis <sup>10</sup> more pastoris tam corporeos quam mentales <sup>11</sup> oculos nostros in circuitu visuri, quid gregi nobis <sup>12</sup> commisso expediat et quid operis impendi debeat <sup>13</sup> circa ipsum, ut illius fulti<sup>a)</sup> praesidio cuius sunt hae <sup>14</sup> cardines et in cogitationum harum praeparantur <sup>15</sup> partes officii nostri salubriter et utiliter ex- <sup>16</sup> ponamus ad ea, quae divini cultus efficiunt in- <sup>17</sup> crementum et ea, quae propterea ex sincera <sup>18</sup> devotione subditorum nostrorum facta cognos- <sup>19</sup> cimus, ut votivâ firmitate subsistant nostrae <sup>20</sup> confirmationis munimine robaremus. Sane nobis <sup>21</sup> expositum fuit, quod quondam dominus Jodocus Diep- <sup>22</sup> recht olim plebanus in Schan<sup>2</sup> et honorabilis <sup>23</sup> dominus Michaël Quoderer<sup>b)</sup> de Vaduz<sup>3</sup> zelô devo- <sup>24</sup> tionis accensi et cupientes territoria in caelestia <sup>25</sup> et transitoria in aeterna solenni commercio com- <sup>26</sup> mutare ad omnipotentis dei et eius gloriosissi- <sup>27</sup> mae genitricis Mariae totiusque caelestis curiae <sup>28</sup> laudem gloriam et honorem ac pro suorum progeni- <sup>29</sup> torum antecessorum et benefactorum ac omnium <sup>30</sup> Christi fidelium animarum salute et remedio prae- <sup>31</sup> teritumque peccatorum alleviatione et remissione [fol. 5r] <sup>1</sup> nec non ad cultus incrementum unam missam perpetuam <sup>2</sup> ad altare beatae Mariae virginis positum in ecclesia <sup>3</sup> parochiali sancti Laurentii in Schan<sup>4</sup> nostrae <sup>4</sup> dioecesis perpetuis futuris temporibus per specialem <sup>5</sup> sacerdotem saecularem celebrandam institerint <sup>6</sup> erexerint et fundaverint ac eandem de bonis <sup>7</sup> eorum propriis pro unius sacerdotis sustentatione <sup>8</sup> sufficienti donatione perpetuâ et irrevocabili <sup>9</sup> dotârunt, prout et quemadmodum haec et<sup>c)</sup> alia in <sup>10</sup> litteris donationis praesentibus affixis latius dignoscitur<sup>d)</sup> <sup>11</sup> contineri. Unde fuit nobis humiliter supplicatum, <sup>12</sup> ut institutioni fundationi et donationi praedictae <sup>13</sup> pro illorum subsistentia firmiori nostrae confir- <sup>14</sup> mationis adire dignaremur. Nos igitur Ortlieb <sup>15</sup> episcopus praefatus, qui divinum cultum vigeri et augeri <sup>16</sup> intensis desideriis affectamus super praemissis narratis <sup>17</sup> informationem recepimus sufficientem per quam <sup>18</sup> utique invenimus omnia et singula in litteris <sup>19</sup> donationis fore veritati sub noxia unde nos <sup>20</sup> pium et sincerum dictorum plebanorum propositum <sup>21</sup> et affectum condignis in domino laudibus commendantes <sup>22</sup> huius modi supplicationi inclinati institutionem <sup>23</sup> fundationem et donationem praedictas ac omnia <sup>24</sup> et singula in litteris donationis praesentibus <sup>25</sup> affixis contenta et ipsam missam perpetuam <sup>26</sup> ratas et gratas habentes eas autoritate nostrâ <sup>27</sup> ordinaria

confirmamus ratificamus et approbamus <sup>l<sup>28</sup></sup> ac confirmamus, ratificamus et approbamus praesen- <sup>l<sup>29</sup></sup> tium per tenorem robur firmum et firmitatem <sup>l<sup>30</sup></sup> canonicam perpetuis temporibus decernentes habi- <sup>l<sup>31</sup></sup> turas nec non census redditus et bona in ipsis litteris <sup>l<sup>32</sup></sup> donationis contentos et contenta et quaecunque in [fol. 5v] <sup>l<sup>1</sup></sup> futurum danda et eroganda eidem missae anneximus <sup>l<sup>2</sup></sup> unimus et incorporamus ac unimus annectimus <sup>l<sup>3</sup></sup> et incorporamus per praesentes volentes et decernentes, <sup>l<sup>4</sup></sup> quod ius patronatûs seu praesentandi capellanum <sup>l<sup>5</sup></sup> ad dictum altare ad seniore[m] inter generosos dominos <sup>l<sup>6</sup></sup> de Brandis<sup>5</sup> barones et haeredes ac successores eorum, <sup>l<sup>7</sup></sup> qui pro tunc dominus in Vaduz fuerit, perpetuis futuris <sup>l<sup>8</sup></sup> temporibus debeat pertinere, qui quotiens ipsum altare <sup>l<sup>9</sup></sup> vacare contigerit, nobis et successoribus nostris aut <sup>l<sup>10</sup></sup> nostro et eorundem successorum nostrorum in spiritualibus <sup>l<sup>11</sup></sup> vicariis generalibus idoneam attamen saecularem <sup>l<sup>12</sup></sup> personam ad ipsum altare canonice instituendam <sup>l<sup>13</sup></sup> debeat praesentare cuiquidem personae institutae <sup>l<sup>14</sup></sup> census redditus proventus et bona dicto altari pro <sup>l<sup>15</sup></sup> dote assignati cedere debeant et paenitus obvenire. <sup>l<sup>16</sup></sup> Insuper volumus, quod capellanus dicti altaris pro <sup>l<sup>17</sup></sup> tempore existens in beneficio eiusdem altaris resideat <sup>l<sup>18</sup></sup> et in eodem altari missas legat et cantando et le- <sup>l<sup>19</sup></sup> gendo plebano in Schan fideliter suffraget et <sup>l<sup>20</sup></sup> assistat, ut in litera donationis latius dinoscitur <sup>l<sup>21</sup></sup> contineri. Volumus etiam et mandamus, quod ca- <sup>l<sup>22</sup></sup> pellanus dicti altaris pro tempore existens huius modi <sup>l<sup>23</sup></sup> altare absque patroni pro tempore expresso et libero <sup>l<sup>24</sup></sup> consensu nusquam permutet neque de rebus et <sup>l<sup>25</sup></sup> bonis dicti altaris quidquam alienet, in quorum <sup>l<sup>26</sup></sup> omnium et singulorum fidem et testimonium prae- <sup>l<sup>27</sup></sup> missorum praesentes has inde fieri nostrique secreti <sup>l<sup>28</sup></sup> sigilli iussimus et facimus appensione per trans- <sup>l<sup>29</sup></sup> fixum corroborari. Datae in castro nostro <sup>l<sup>30</sup></sup> Curiensi anno domini millesimo quad- <sup>l<sup>31</sup></sup> ringentesimo octuagesimo secundo die vero [fol. 6r] <sup>l<sup>1</sup></sup> vicesima octava mensis aprilis, indictione <sup>l<sup>2</sup></sup> quindecima.

a) vulti C<sup>2</sup>. – b) Quadrer C<sup>2</sup>. – c) Über der Zeile korr. aus durchgestrichen est; est C<sup>2</sup>. – d) dinoscuntur C<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Ortlieb v. Brandis, 1458-1491. – <sup>2</sup> Schaan. – <sup>3</sup> Vaduz. – <sup>4</sup> Pfarrkirche St. Lorenz in Schaan. – <sup>5</sup> Freiherren von Brandis.